

Påfv. FORMOSI förordnande att Bremen skall läggas under Cölns Ärke-Biskopsdöme, när Christendomen blifvit så utvidgad att Ärke-Biskopen i Hamburg fått andra lyd-biskopar.

FORMOSUS Episcopus <sup>5)</sup> Servus servorum Dei, reverendissimo & sanctissimo fratri <sup>6)</sup> Adalgario Archiepiscopo Hamburgensi <sup>7)</sup> salutem & Apostolicam benedictionem <sup>8)</sup>. Arbitramur tuam sanctimoniam, prout injunctum fuerat, ad Apostolicam sedem festinare, quatenus disceptatio, quæ inter te & Hermannum Agrippinæ Coloniae reverendissimum Archiepiscopum ventilatur de Bremensi Ecclesiæ, finem perciperet. Sed eo <sup>9)</sup> per vicarios <sup>10)</sup> insistente, & quærimonias <sup>11)</sup> multiplicante, cur tuam non exhibuero præsentiam, saltem per defensorem Vicarium, non modicum miramur. In quo suspicari <sup>12)</sup> tribuitur summopere, contentionem non odire, qui judicii æquitatem conatur subterfugere. Præsertim cum & Moguntiae sanctissimus Archiepiscopus, cui de hac re, ut veritatem inquireret, per confratres & conlimitaneos Episcopos, injunctum fuerat, ad nos scribens significaverit: quatenus venientibus reverendissimis Episcopis ad Frankenford, de hac eadem re diligentissime facta fuerit inquisitio omnesque diocesani ejusdem Coloniensis Episcopi: Franco videlicet Tungrensis, Vodebaldus Trajectensis, Wolselmus Mimigardeverdensis <sup>13)</sup>, Drugo <sup>14)</sup> Mindensis <sup>15)</sup>, Egelmarus <sup>16)</sup> Osnabrugensis, sub testificationis prætextu, testificati sunt, usque ad te nullum Bremensis Ecclesiæ Præsullem modum subjectionis Coloniensi antistiti contempsisse, sed semper prædecessores <sup>17, 18)</sup> tuos <sup>19)</sup>, qui eidem Bremensi Ecclesiæ præfuerunt, a temporibus suæ Christianitatis, sedi Coloniensi fuisse subjectos. Verum, quia tantorum virorum testimonium frustrari non expedit, & ad statutum veniendi tempus festinare, vel delegare legatum distulisti, tanti temporis querimoniam ac Legatorum constantem instantiam nihili perpendere inhumanum videbatur. Quapropter arctati, hinc ne Coloniensis Ecclesia justitiam perderet, inde, ne Hamburgensis Ecclesia (quæ ad Gentium vocationem instituta fuerat) subsidio destituta deficeret; dispensative censuimus, quatenus, quoad usque divina suffragante <sup>20)</sup> gratia præfata <sup>21)</sup> Hamburgensis Ecclesia in tantum dilatetur, ut Episcopia <sup>22)</sup> instituere valeat, jam memoratam Ecclesiam Bremensem in subsidium habeat, & quoties in magnis & prænecessariis canonicis negotiis oportuerit, non subjectione aliqua, sed affectu fraternæ charitatis, Hamburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, (qui ejusdem Bremensis Ecclesiæ re-

5, 6) *deest in aliis.* 7) Hammaburgensis. 7, 8) *al. desunt.* 9) ipso. 10) suos *addunt alii.* 11) quærimoniam. 12) suspicare. 13) Wofelmus Mimiger Malfurdensis. 14) Druogo. 15) Mindomensis & ex mente Lambecii legend. Mindonensis. 16) Egilmarus. 17 — 18) decessores. 19) suos. 20) suffragantiæ. 21) prælibata. 22) Episcopiam.

*Sv. Dipl.*

gimen obtinet) per se, aut Vicarium, suam vicem gerentem in adjutorium Coloniensis Archiepiscopi invitatus accedat. Dilatata autem Hamburgensi Ecclesia, largitore omnium honorum adminiculante, & fundatis Episcopis, sæpe memorata Coloniae sedes Bremensem recipiat Ecclesiam. Inhumanum enim <sup>23)</sup> est inter seculares, aliena jura pervadere, quantomagis sanctissimorum Episcoporum <sup>24)</sup> statutos a patribus transgredi terminos, & eos litigare, qui pacis debent subditis exempla præbere. Hæc autem ad hoc decreta est dispensatio, ut pax vigeat, cesset contentio & justitiæ rigorem misericordiæ compressio temperet; scientes, sine pacis bono nullum Deo munus fore acceptabile. Nulli igitur omnino hominum &c.

12.

905 d. 2 Febr.

Påfv. SERGIUS III:s upphäfvande af föregående stadga.

SERGIUS Episcopus, servus servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Adalgario Hammaburgensis Ecclesie Archiepiscopo, Apostolicam benedictionem & paternam consolationem, susceptis tuæ fraternitati literis cognitis in eis injuria Ecclesie tuæ & tibi illata, non solum de ea, sed de iniquo Formosi Papæ consensu & Hermanni Coloniensis & Møguntini Archiepiscopi & aliorum Episcoporum iniqua circumventionem & judicio, contristati sumus. Quid namque injuriosius quam privari ecclesias juste sibi traditas honoribus, quid etiam iniquius? quam violare & infringere Imperatorum & Regum caris tradita plurima Apostolorum privilegia, nil amplius a nobis vel successoribus nostris ratam, verba dominica, tu es Petrus & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & juxta hæc verba Apostoli, estis superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum in ipso angulari lapide Christo Jesu. Constat sanctam & universalem Ecclesiam fundatam esse supra Petrum & fundamentum Prophetarum & Apostolorum, & compactum in ipso angulari & firmissimo lapide Christo Jesu, necesse est ut sic ipsa Petrea & Apostolica fundatio & sancta angularis compactio firma, æterna & immobilis, ita omnis Ecclesiastica superædificatio sit rata & stabilis, & ab omni humana præsumptione inviolabilis.

Nos ergo juxta vocem Dominicam & Apostolicam, & juxta hanc B. Gregorii sententiam, quæcunque Ecclesie privilegio semel indulta fuerint, rata amplius & stabilita permanere debent, quicquid igitur iniquo consensu

---

23) quippe. 24) sanctissimos Episcopos.